



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Protestatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

# PROTESTATIO.

CUM Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in Sacra Congregatione S. R. & Universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii anno 1634. quo inhibuit, imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrii famâ celebres è vita migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta, continent, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenùs sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirūm non admittantur Elogia Sancti, vel Beati, absolutè, & quæ cadunt super personam: benè tamen ea, quæ cadunt suprà mores, & opinionem; cum protestatione in principio, quod iis nulla adst auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes auctorem. Huic Decreto, ejusque confirmationi, & declarationi, observantiâ, & reverentiâ, quâ par est, insistendo; profiteor me haud alio sensu, quicquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ humana dumtaxat autoritate, non autem divinâ Catholicae Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur. Iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adscripsit.

HISTO-